

447

CODICES

448

Quattuor hec ligna concurrunt in cruce digna.

Cedrus cum palma, pariter cipressus oliua.

Est timor in fundo, sed spes consistit in alto.

Est amor in lato, longum cape fine beato.

Versus de matrimonio:

Vnus semper erit compatrum spiritualis,

Alter carnalis; nec fallit regula talis.

Quae mihi, uel cuius mea natum fonte leuauit,

Haec mea commater fieri mea non ualet uxor.

Siqua meae natum non ex me fonte leuauit,

Hanc post fata meae non inde uetabor habere.

CCLXI.

R. 78 Codex chartaceus ital. lat. Sec. XV. Folior. 177. 8. bene scriptus, rubro distinctus, et oblatus Bibliothecae a. 1721. a *Thoma M. Alfano* O. P. de quo pluries mentio, constat piis quibusdam Tractatibus hoc ordine: I. *Maria staua appresso et fora del monumen-*

Editio

Abbiendo a parlare nella presente solennitate agli orecchi della vostra caritate, dilettissimi miei fratelli, si mi venne in memoria l'amore, per lo quale la Beata Maria Magdalena, amando Giesù Cristo sopr' ogni cosa, andando egli alla Passione, si 'l seguittava, quando i Discipoli per paura fuggivano.

Non est ad manum Editio *Florentina Passavantii* a. 1725. in cuius Praefatione *Job. Bottarius*, teste *Paitono* supracit. alterius Versio- nis Homiliae nostrae, quae *Zeno- bio Guasconio* pariter O. P. tribui-

to piangendo. et Reliqua. Omelia *Origenis*. Editores italici *Speculi Poenitentiae Jac. Passavantii* O. P. non semel huic Operi *Homiliam* hanc adjecere, quod videretur e- jusdem esse interpretis, ut habes in *Paitoni Bibl. degli Aut. antichi volgariz.* T. III. p. 40. At vero Versio Codicis nostri alia est, ut breui specimine docebo.

Codex

In la presente sollempnitate vol- lendo inferire a lorechie de la cari- ta vostra fratelli karissimi parole de deuocione et de amore me oc- corre como la gloriosa Maria mag- dalena amando el nostro signiore et saluatore Ihesu christo Lo sequita- ua andando ala morte per nui pec- catori fugendo li discipuli.

tur, Specimina protulit. Video tamen satis apud *Bandinium Cat. Codd. Bibl. Medic.* T. V. col. 254. neque *Guasconianam* Versio- nem esse nostram; illa enim inci- pit: *Dovendo parlare, dilettissimi fra-*

fratelli, nella presentia della vostra caritate, mi viene a memoria lo smisurato amore &c. Itaque eruditorum *Italorum* fit, de singulari hoc Interpretum suorum certamine cognoscere, quibus utinam de genuino *Origenis* foetu, et non de spuria prole res fuisset, quae, ut in anterioribus Editionibus *lat.* puta *Parisiensi Ascensii* 1530. T. 3. f. 129. f. locum habuerit, exclusa tamen est e *Mauriana* T. IV. *Parisi.* 1759. f. Vide hujus T. Praefat.

II. fol. 21. *Scala de la Contemplatione de quatro Gradi.* Ita praeeccupo e *Dedicatione* praevia, quae inscribitur: *Alle sancte Virgine de lo M.* (onistero?) *de S. S. de lo ordine deli P.* (redicatori?) et post multa pia vota incipit: *Essendo alle volte occupata in alcuno spirituale exercicio la mia tepida mente &c.* et non multo post: *Occorreme alo presente — vulgarizare vna scala de la contemplatione de quatro gradi, laquale composse sancto bernardo &c.* Ita olim creditum, sed extat haec *Scala Claustralium* inter *Bernardo* subposita *Edit. Maur. Vol. II. T. V. col. 311.* jam etiam *Augustino*, et *Guigoni* cuidam tributa. Ejus initium: *Occupato uno certo di de faticha corporale &c.* Interpretes *Italus* non magis mihi notus, quam *Paitono*, qui *Versionem* hujus *Tractatus* memorat *Romae* 1681. 12. impressam, quae, si nostra est, emendatior certe prodierit. Vide ejus T. I. p. 165.

III. fol. 42. *Expositio Doctrinae B. Catharinae Senensis*, quam *Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

Suis dedit ante obitum. *Autoris Praefamen* incipit: *Secundo dice el morale Gregorio sacro doctore nel libro del dialogo: Le anime lequale passano de questa presente uita &c.* Ait haec se congeffisse *pyu uolte sollicitato da la bona memoria dilecta in christo matre Sore Gentilina &c.* Documenta porro, quae refert, eadem sunt, quae legas in *Vita Sanctae* composita a *Raymundo de Vineis de Capua* ejus *Confessario*, L. III. c. 23. edit. *ital. Venet.* 1608. p. 217. 4. sed fusius digesta nobis, et ratiociniis fulta. Eorum initium: *Venendo aduncha ad morte La supradicta beata: La prima doctrina che alloro donao fo questa &c.* Nescio, an non ad eundem *Autorem* referri possint.

IV. fol. 87. *Incipit sermo in die sancto parasceue.* Initium: *Submersum est cor meum in memetipsa: quoniam amaritudine plena sum. Nescio ubi incipiam istam predicationem. Non uidetur mihi hodie dies predicationis. immo dies plangens et doloris &c.* Ideo *Passionis* historiam enarrat potius ignotus *Autor*, neque illam satis concinne. Ita inducit *Deiparam* ad aspectum excruciatum *Filii* exclamantem: *Deus parcat sibi, qui dedit mihi tantam afflictionem, quia credebam istum filium meum! Iste non est filius meus. Filius meus est magnus, pulcher, speciosus pre filiis hominum.* Quibus auditis *Christus* incipit plorare ex afflictione sua et matris. Sed parcendum chartae.

V. fol. 116. Documenta pia distincta in *Capita VII.* videlicet

F f

Dela

Dela bona Voluptate. Dela memoria deli beneficij de dio. Dela puritate delo Core. Delo Animo libero. Dela reſtitutione delo ſpiritu. Dela Mente deuota. Dela illuminatione dela Mente. Initium C. I. Dilectiſſima in chriſto iheſu Sorella ſe tu voy conſequire et trouare quello che tu deſideri &c. Adjectae ſunt Tridici Ration ad grande deuotione prouocatiue. Item Quindici perfectiune neceſſarii ala perſonā che vole ſeruire ad dio in nela uita ſpirituale. Atque ad harum calcem: Anno domini M^o. CCCC^o. LXXXVII. Ind. VI. (V.) die XVI. menſ. nouenber.

VI. fol. 138. Doctrina beati Bernardi. Init: Si plene uis aſſequi, quod intendis &c. Inter Opuscula Bernardo ſubpoſita legitur Edit. Maur. ſuprac. T. V. col. 797. inſcripta: Brevia Documenta.

VII. fol. 141. p. 2. Yncipit quedam Vite religioſe et norme nouiciorum. Initium: Reformamini in nouitate ſenſus ueſtri &c. Inter Opera Bonauenturae Edit. Lugd. 1668. T. VII. p. 623. inſcribitur Regula Novitiorum. Caput ibi ult. de Silentio tranſpoſitum eſt in Codice.

VIII. fol. 172. Putida illa Lentuli Procoſ. Relatio de Perſona Chriſti, hic inſcripta: Quidam nomine lentulus dum eſſet in partibus iuda ut apparet in annalibus. Adi Fabricii Cod. Apocr. N. T. p. 304. in cuius exemplo ſervator altam ſtaturam et capillum vinei coloris, in noſtro vero medio-rem, et capillum colore nucis

auellane premature habet. Haec nempe fabularum eſt conditio.

IX. fol. 173. Incomenza la deuota opereſta de ſancto Bernardo abbate clauallenſe chiamata ſpechio de monachj. Initium: Si alcuno deſideruſo de emendare la vita ſua eſſendo ſollicito &c. Ad Arnulſum de Boberis pertinet, et legitur inter Bernardo ſubpoſita T. ſuprac. col. 799. Totam hanc collectionem ad quoddam Virginum religioſarum Contubernium olim perſtinuiſſe, credibile eſt.

CCLXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 87 XV. Folior. nunc 66. 4. eleganter perſcriptus, vocibus graecis recentius ſubpletis, Titulis Opusculorum, Initiis et Clauſulis picturatis, ſed foliis primoribus, quae certo certius Mathiam Coruinum loquebantur, mulctatus ſequentes magni Athanaſii Ep. Alexandr. a. 373. Superis additi Tractatus completur: I. Librum alterum, ut e calce praeoccupo, contra impium Apolenarem de ſalutari epiphania Chriſti. Mutilus eſt, ut dixi, euulſo fortassis ad celandum furtum initio, ita, ut nunc incipiat a verbis: inuiſibiliter quidem dei intelligibilis et iure exiſtentis. uiſibiliter autem hominis palpabilis et exiſtentis &c. quae graecis: ἀορατός μὲν θεῶν νοητὸς καὶ ὄντος ἀληθῶς, ὁρατός δὲ ἀνθρώπων ψηλαφώμενος καὶ ὑπαρχόντος ἀληθῶς, n. 2. edit. Maur. Paris. 1698. T. I. P. 2. p. 941. f. reſpondent. Exactior hic Ver-